



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 58. Hormisdæ Obitus. Joannes I. Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI. annem Presbyterum, quem Maxentium  
A. C. 523. esse credunt, & Venerium Diaconum  
ap. Fulg. ep. directi. Episcopi duodecim ex illis, qui  
15. to. 4. in Sardinia exulaverant, & Responsum  
Conc. p. 1591 ad Petrum Diaconum dederant, alteram  
scriperunt Epistolam de Gratia & Libe-  
ro Arbitrio ad Joannem & Venerium  
directam, ut Epistolæ, quam ab ipsis ac-  
ceperant, responderent. Tandem sub  
finem ipsos exhortantur, ut illos, qui  
contrarias opiniones defendebant, do-  
cerent, librosque S. Augustini ad Prospe-  
rum, & Hilarium prælegerent.

## §. LVIII.

*Hormisdæ obitus. Joannes I.  
Papa.*

**H**ormisdas Papa eodem anno JESU  
Christi 523. Maximo Consule sexta  
Aug. Pontificatus sui anno nono obiit. (\*)  
Ipso

---

(\*) Nuncium ex Italia assertur, Sanctissimum  
Patrem nostrum Benedictum XIV. in Domino  
obiisse 3. Maji hujus anni 1758.

Hujus Sanctissimi Papæ Rex Franciæ Lud. XV.  
in Epistola ad Cardinales in Conclavi congre-  
gatos 16. Maji data meminit in hunc modum:  
*Magnus hic Papa atque sapientissimus maxi-  
misque Doctoribus, qui unquam S. Petri Ca-  
thedram*

Ipsò sedente præter dona a Græcis missa Sæculum VI.  
Theodoricus Rex Ecclesiæ S. Petri duo A.C. 523.  
Candelabra argentea librarum septuaginta obtulit. Memoria dignum, oblationem Principis Ariani fuisse receptam.  
Dona, quæ ipse Hormisdas Papa Romæ aliquibus Ecclesiis obtulit, mille quingen-  
tas septuaginta & unam libras argenti conficiunt. Pluribus Ordinationibus  
Mense Dec. Presbyteros viginti & unum,  
Episcopos quinquaginta quinque creavit.  
Cum Manichæos deprehendisset, & con-  
vicisset, cæsos proscribi jussit. Id ita  
acciendum, quod Ministerio Potesta-  
tis Sæcularis factum fuerit. Postquam Lib. Pontif.  
S. Sedes vacasset dies septem, electus  
est Papa 13. Aug. Joannes in Thuscia na-  
tus Constantii Filius, qui S. Sedem duo-  
bus annis & novem Mensibus tenuit.

*Lib. Pont.*

§. LIX.

*In Manichæos animadvertitur.*

Legem habemus Imperatoris Justini  
contra Manichæos, in quos regnante L. 12. de  
Hær.

B b 4      Ana-

thedram obtinuerunt, accensendus singulari-  
sollicitudine Regnum nostrum fovit, Nosque  
nunquam non magno solatio Hujus S. Papæ  
Charitatem, Sapientiam, & Moderationem, quæ  
Virtutes verum zelum comitari solent, experti  
sumus.